que reuelabit in nobis. ⁊ idem ad titum .iij. c. Non ex opib9 iusticie q̄
fecim9 nos ꝫ scd̄m suā miaꝫ saluos nos fecit ꝑ lauacrum regeneratio
nis ⁊ renouatōis spūs sancti q̄ꝫ effudit in nobis abūde ꝑ ihm̄ xpm̄ sal
uatorē nostꝝ vt iustificati grā ipsi9 heredes simus vitē eterne. Scd̄o
arguit per dictū glo. Ro. vj. super illo verbo gracia dei vita eterna q̄
sic inquit posset recte dicere. Stipendiū iusticie vita eterna sed maluit
dicere grā dei vita eterna vt intelligerem9 deū i eternā vitā ꝑ sua mi-
seratione nos ꝑducere non meritis nostris. Ex his verbis apparet q̄
hō nō mereat ex cōdigno vitā eternā. qꝛ illud quod ex cōdigno quis
mereret nō est ex miseratione dei. Tercio obicit quia illud meritū vr̄
esse ꝯdignum qd̄ equat mercedi. Sed nullus pn̄tis vite actus potest
equari vite eterne que ꝯgnitōeꝫ ⁊ desiderium nostꝝ excedit. Excedit
etiā caritatē vel dilectionē vie. ergo nō pōt homo mereri vitā eternaꝫ
de ꝯdigno. In oppositū adhuc posset dici qꝛ illud qd̄ reddit scd̄m iustū
iudiciū videt esse merces ꝯdigna. Sꝫ vita eterna reddit a deo secundū
iustum iudiciuꝫ iuxta illud apostoli .ij. Thi. iiij. In reliquo reposita est
mihi corōna iusticie quā reddet mihi dn̄s in illa die iustus iudex. ergo
videt q̄ homo mereat vitam eternam ex ꝯdigno. Rn̄deo ad istam. q.
scd̄m tho. i. ij. q. vlt. qd̄ opus meritorium hominis dupliciter ꝯsiderari
pōt. vno mō scd̄m q̄ ꝑcedit ex libero arbitrio / alio mō scd̄m q̄ ꝑcedit
ex grā spūs. s. si consideret scd̄m substantiam operis ⁊ scd̄m q̄ proce-
dit ex libero arbitrio sic non potest esse ꝯdignitas ꝑpter maximā ineq̄
litatem ꝫ est ibi ꝯgruitas ꝑpter quandā equalitatē ꝑportōis. Vr̄ em̄
ꝯgruum vt homini opanti scd̄m suam virtutē deus recōpenset scd̄m
excellenciā bonitatis sue. Si autē loquamur de ope meritorio scd̄m q̄
ꝑcedit ex gracia spūssancti sic est meritorium vite eterne ex cōdigno
q̄ tūc valor meriti attendit scd̄m v̄tutem spūssancti mouentis nos in
vitam eternā scd̄m illud io. iiij. Fiet in eo fons aque salientis in vitam
eternā. Attendit etiā precium opis scd̄m dignitatē grē ꝑ quā hō cō
sors fact9 diuine nature adoptat in filium dei cui debet hereditas ex
ipso iure adoptionis scd̄m illud apostoli. Ro. viij. Si filij ⁊ heredes.
¶ Ad primaꝫ ergo auctoritatē apostoli dicendū q̄ loquit de passiōib9
scōꝝ scd̄m eoꝝ substātiam / ad auctoritatē ⁊ ad dictū gl'. rn̄deo q̄ in
telligunt q̄ntum ad primam cām ꝑueniēdi ad vitā eternā q̄ est misera
cio dei. Meritum aūt nostꝝ est cā subsequēs. Ad tercium dicēdum q̄
grā spūssancti quā in pn̄ti habem9 et si nō sit eq̄lis glorie in actu ē tn̄
equalis in virtute sicut est semen arborum in quo est virtus ad totam
arborē. Similr̄ ꝑ grām inhabitat hoieꝫ spūssanct9 qui est sufficiēs cā
vite et̄ne. Vn̄ dr̄ pignus hereditatis nr̄e. ij. cor. i. ¶ Scd̄o solet dubi
tari de p̄mio vite eterne in difficultate. Vtrum qui cū maiori difficul
tate operat bonum magis mereat ⁊ ampliore dono glorie remunere-
tur a deo. ⁊ omissis obiectionibus que pro vtraq꜄ parte fieri possent
dico cum doc. seraphico bon̄. in libello quodā qui Apologia paupum
aduersus calumniatorem intitulatur / ab ipso. q̄ triplex est difficultas

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-519/0012
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG